





Zur  
Gräfl. vom Hagen'schen  
Majorats - Bibliothek



MÖCKERN  
gehörig.

N<sup>o</sup> 1416

*Freundliche*





IN VITAM HUMANAM  
DE REBUS IURIS  
TRACTATUS

DE REFORMATIONE  
IURUM  
STATUTARIORUM  
MAGNIFICENTIA  
RESIDENTIE









4  
2. D. B. F.  
DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA  
DE

# IVRAMENTIS JUDÆORUM

Tom

Juden Syden

Quam

Auspiciis Divini Numinis

*Ex decreto Magnifici Jctorum Ordinis*

PRÆSIDE

DN. CHRISTIAN. WILDVOGEL,

Jcto consummatissimo, Serenissimo Duci-Isenacensi a Consiliis  
Intimis, Curia Provincialis Assessore, collegiorum Juridicorum  
Seniore, ut & Antecessore in Academia Jenensi.

*Patrono & Promotore submisse devenerando*

## PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure Honores rite capessendi

*publica disquisitioni exponit*

CHRISTIANVS GOTTLIEB MORIZ,

Advocatus Lengofalifanus.

Die Martii An. M DCC XX.

JENÆ, LITTERIS MULLERIANIS. MDCCXXX.









## PROOEMIUM.

**M**ateriam de juramentis Judaeorum in foro tritam & maxime necessariam esse, fortasse nemo est, qui inficias ibit. Quapropter mihi jamjam in Praxi & foro versanti, non in utile visum fuit hoc thema, quod post exhibita specimina solita, loco Disputationis inauguralis publice ventilandum proponerem. Nobis enim in jure nostro in id ante

A 2 omnia



omnia incumbendum est, ut ea tantum quorum usus amplius est, & quæ in ipsis rerum argumentis obtinent, curiose inquiramus, reliqua vero, quæ rariorem saltem aut plane nullam utilitatem præbent, cursoria uti vocant lectione dignemur. Deum vero, qui est origo omnis boni, ut coeptis adspirare velit, pia veneratione exoro.

## CAPVT. I.

*Generalia de Iuramentis Iudeorum tractans.*

## §. I.

**D**vo vocabula rubrica dissertationis nostræ exhibet, quorum explicationem consueto disputantium more nunc aggredior; unum *juramentum*, alterum *Iudeorum*.

## §. II.



## §. II.

Est autem *iuramentum* religiosa rei alicujus assertio, in cuius majorem fidem Deus ipse, ut vindex & ultor perfidiae invocatur. Struv. *Exerc. XVII. lib. I. Judaeos* dum nomino, facile liquet, me non antiquos, qui ante Christum vixerunt, sed modernos, qui in imperio nostro recepti sunt, intelligere. Desiniuntur itaque Judaei, quod sint, qui vetus testamentum, male intellectum, recipiunt, novum autem non admittunt. Pac. *In Isagog. C. de Judaeis & Coelicol.* Leo Imperat. in Novella sua LV. pr. illos vocat gentem, quae quondam quoad divino patrocinio foveretur, incluta fuit, mox autem ob contumaciam in Christum & Deum nostrum, in calamitatibus celebris est.

## §. III.

Judaeos autem ad iuramenta admittendos esse & obligari, nullum est dubium. Cum enim in Imperio nostro & multorum Principum ac Statuum territorii, ut incolae tolerentur, merito etiam juris civilis habentur participes. Et quamvis per Christum & Evangelium jurare non possint, id tamen per Deum, quem cognitum



gnitum habent, creatorem cœli & terræ, fieri potest. Eos quoque in conscientia obligari, satis ex videre licet, quod per illum jurent, quem Deum omnipotentem credunt.

## §. IV.

An vero consultum sit, Judæis deferre juramentum, non credo, juramenta enim ab ipsis præstita, singulis annis in primis infesto propitiatio- nis, citra metum ullius perjurii vocare solent. vid. Kizel. in *Discursu Academico de Regali habendor. Judaor. p. 8. §. 5.* Petr. Gregor. *Syntagm. Jur. Uni- vers. Lib. 50. Cap. 6. n. 14.* vid. Gerlon. in *Musle- gung ides Talmuds p. 1. cap. 25.* Ut adeo minus securum sit, ejusmodi probatione subsidiaria uti.

## CAP. II.

*Solemnitates circa juramenta  
judæorum exhibens.*

## §. I.

**C**um Juramenti præstatio sit actus religiosus, non sine ratione certi in illo adhibentur & observantur ritus a jurantibus, ut hi eo magis a perjurio deterreantur. Sic enim olim juraturi altera tangebant, vid. Cornel. Nepos. in *vi-*



ta Hannibal. & Florus lib. 2. hist. cap. 6. vel lapidem manu tenebant, quem postea projiciebant, unde proverbium dimanavit: *Jovem lapidem jurare.* Erasmus. *Chilsad. lib. 2. cent. 6. adag. 33.* Veteres Christiani in templis, tacto alicuius Martyris sepulchro jurabant. *l. 12. §. pn. c. d. reb. cred.* Postea mos invaluit, ut propositis sanctis Evangelis juraretur, ut constat *ex l. 14. C. d. judic. l. 2. in fin. pr. C. d. jurejur. propt. calumn.* qui ritus etiam in Aur. Bulla Electoribus praescribitur. Hodiernis moribus, imprimis apud Protestantes, marres jurant, arrectis tribus dextre manus digitis, foeminae vero impositis iisdem ad sinistrum pectus. Verum peculiaris ceremonia Jure Saxonico veteri Iudaeis jurantibus praescripta est, his verbis: *Da muß der Jude stehen auff einer Schweitzen Haut / die Junge hat gehabt binnen viersehen Nächten / die Haut soll man aufschneiden bey dem Rücken / und sie breiten auff die Zihen / da soll der Jude aufstehen barfuß / und nichts anhaben / denn ein Niederkleid / und ein Hären Tuch um sich / also ist sein Recht.* Im Richtigsteige Landrechts *Cap. 50.* Veruramen hunc ritum minime pro-



probandum puto. Nec enim Judæis scandalum aliquod præbendum est, & fides veri, ex reverentia numinis, non vero ex aversione cutis suillæ elicienda. Hinc enim Glossa in **Weichbilde Art. 137.** has solennitates sequentibus verbis rejicit: **Daß die Juden sollen barfuß stehen auff einer Schweins-Haut / das ist eine Fantasien / denn es ist genug daß sie den Eyd thun in vorgeschriebner Weise.**

## §. II.

In Hungaria, Judæus juramentum præstiturus, contra Solem verti & nudipes stare debet, chlamyde vel pallio indutus, & pileum judaicum in capite suo habens, volumenque legis, quod tabulam Mosis vocant, manu sua tangat atque teneat, prout ex Sambuc. *p. 3. jur. consuet. Hungar. tit. 36.* notat, Joh. Limn. *Jur. publ. lib. 3. cap. 2. n. 39.*

## §. III.

In Ordinatione Camer. Tit. Folgen die **Ende der Personen zum Cammer-Gerichte Rubrica.** Form und Ordnung des **Juden-Endes.** Interrogationes quædam solennes, quæ



quæ juramento præmitti & utiliter adhiberi possunt, præscribuntur. Deinde antequam Judæus juramentum principale præstat, sequentes solemnitates observantur. So da alles beschehen ist / so soll der Jude seine rechte Hand / biß an den Knorren legen in das vorgemeldte Buch / und nemlich auf die Worte des Gesetzes und Geboths Gottes / welche Wort und Geboth in Hebräisch also lauten: *Loßisa etschen Adonay eloecha Laschoff kilo ienagge Adonay etascher issa etschemo laschoff*; Zu Teutsch: Nicht erhebe den Nahmen des HErrn deines Gottes unnützlich / dann nit wird unschuldig oder ungestraffet lassen der HErr / den / der da erhebt seinen Nahmen unnützlich.

## §. IV.

Zieglerus in *dissert. de Jurib. Iudaeorum cap. V. §. V.* ex Buxtorffio, sequentia solennia apud Judæos ipsos usitata, refert: *Cum juraturus est Judæus, ei inprimis V. libri Moses, cornu hirci, quod in Synagogis ad sacra ipsorum inflari solet, proponuntur. Inde particula carnis bovina & piscis elixa, cum quatuor fictilibus vasis, uno vino*

B

re-



repleto, secundo melle, tertio lacte, quarto oleo affertur. Quibus appositis, Judæus nudo capite, ita constituitur, ut odor horum in nares ejus ascendat, post quæ jubetur, ut dextram imponat libris Moysi, ubi decem præcepta Legis præscripta sunt, atque ita præibit solennibus verbis, qui juramentum exiget: ego juro per magnum nomen Dei Schembammephorasch &c. Atque juramentum hoc modo præstitum inter Iudæos pro sanctissimo & firmissimo habetur.

## §. V.

In inferiori Austria Iudæus tecto capite & apposita dextra manu ad pectus jurat. vid. Wehner. in obs. Pract. lit. I. verb. Juden.

## CAP. III.

*Formulas juramentorum sistens.*

## §. I.

SEd videamus jam ipsa verba in Iudæorum juramenti concepta. Et quidem in Codice Vindobonensi articulo VII. L. III. Speculi Saxonicæ, sequens formula, quæ quidem in vulgatis non extat, præscripta legitur, notante Schiltero Ex. ad Dig. 23. th. 22.

Der



## Der Juden Eyd.

Swer den Juden den Eyd stabet. Der spreche alsus. Deß ich A schuldiget / des bistu unschulder daß dir GOTT so helffe der GOTT der Himmel und Erde geschuff. Laub/ Blumen und Gras / deß davor nie en waß. Und ob du unrecht swereß / daß die Erde dich verlinde / die Dathan und Abiron verstand. Und ob du unrecht scheres. Daß dich die Mieselsucht besteh / die Naamane ließ. Und Jesi bestunt. Und ob du unrecht swereß / daß dich die E virtlie die GOTT Moysi gab uff dem Berge Synai. Die GOTT selbe schreib mit sine Bingere an der Steininen Tafeln. Und ob du unrecht swereß, daß dich velle alle die Schrift die geschrieben ist an den fünf Büchern Moysi.

§. II

Non vero negandum est, hanc formulam in destretudinem abiisse, & penitus exolevisse. Formula vero hodie in imperio germanico usitata, atque, Judæis in jurando observanda, in Ordinatione Cameræ l. c. præscribitur, & sequentis est tenoris:

Abonay / ein Schöpffer der Himmel

B 2

und



und des Erdreichs / und aller Ding/ auch  
 mein und der Menschen / so hie stehen / ich  
 ruff dich an durch deinen heiligen Nahmen/  
 auf diese Zeit / zu der Wahrheit / Als und der N.  
 mir zugesprochen hat / um den / oder den Han-  
 del / so bin ich ihm darumb oder daran ganz  
 nicht schuldig oder pflichtig / und hab auch in  
 diesen Handel keinerley Falschheit / oder Un-  
 warheit gebraucht / sonder wie es verlaut hat /  
 um Hauptsach / Schuld oder sonst / was die  
 Sach ist / also ist es war ohn alle Gefährde /  
 arge List und Vergeblichkeit / Also bitt ich  
 mir auch Adonay zu helfen / und zu bestetti-  
 gen diese Wahrheit: Wo ich aber nicht recht  
 oder war hab in diesen Sachen / sondern ei-  
 nig Unwarheit / Falsch oder Betrieglichkeit  
 darinn gebraucht / so sey ich Heram und ver-  
 flucht ewiglich / wo ich auch nicht recht und  
 war hab in dieser Sach / daß mich dann  
 übergehe und verzehre das Feuer / daß zu  
 Sodoma und Gomorra übergienge / und alle  
 die Fluch die an der Torach geschrieben ste-  
 hen / und daß mir auch der wahre Gott / der  
 Laub und Gras / und alle Ding geschaffen  
 hat / nimmermehr zu Hülf / noch zu statten  
 kom-



komme / in einigen meinen Sachen und No-  
ten: wo ich aber wahr und recht hab in die-  
ser Sach / also helff mir der wahre GOTT A-  
donay.

## §. III.

In Hungaria receptam Iurisjurandi pur-  
gatorii formulam hanc tradit ex Io. Sambuc. *part.*  
*3. jur. consuetud. Hung. tit. 36. Limn. Jur. publ.*  
*lib. 3. cap. 2. n. 32.* Ego Iudæus juro per Deum  
vivum, per Deum sanctum, per Deum omni-  
potentem, qui fecit cælum & terram, mare &  
omnia, quæ in eis sunt, quod in hac causa, qua  
me hic Christianus inculpat, innocens sum peni-  
tus & immunis. Et si reus sum, terra me absor-  
beat, quæ Dathan & Abiram absorbit. Et si re-  
us sum, paralysis & lepra me invidat, quæ precibus  
Elisæi Naaman Syrum dimisit, & puerum Elisæi  
Naaman Syrum dimisit, & puerum Elisæi inva-  
sit. Et si reus sum, caducus morbus, fluxus san-  
guinis & gutta repentina me tangat, mors subita-  
nea me rapiat, dispereamque in corpore & ani-  
ma, ac rebus meis, & in sinum Abrahamæ nunquam  
perveniam. Et si reus sum, lex Moïsis in mon-  
te Sinai data me deleet, & omnis scriptura, quæ  
in quinque libris Moïsis scripta est, me confun-



dat. Et si istud iuramentum meum non est verum & iustum, deleat me Adonai, & lux Deitatis providentia Amen.

## §. IV.

In Prætorio Lipsiensi talis formula quoad testimonium ferendum usu recepta est. Ich N. N. schwehre bey dem GOTT meiner Väter / Abraham / Isaac und Jacob / der Himmel und Erden geschaffen / und das Gesetz Mosis auff dem Berge Sinay gegeben hat / daß ich auff die Articul und Punkte, so mir wegen N. N. vorgehalten werden sollen / die rechte reine und unverfälschte Wahrheit aussagen und berichten, und solches nicht unterlassen will / weder aus Freundschaft / Feindschaft, Geschenke / Gunst / oder einer andern Ursach wegen / so wahr mir GOTT / der GOTT meiner Väter Abraham, Isaac und Jacob / und sein heilig Gesetz helffe.

## §. V.

Coeterum formula Urphedæ ibidem hæc frequentatur : Ich schwehre bey dem GOTT meiner Väter / Abraham / Isaac und Jacob / der Himmel und Erden geschaffen / und das



das Gesetz Mosi auf dem Berge Sinai gegeben hat/einen rechten freywilligen und unwidersprechlichen Uhrsrieden und Eyd/meinem gnädigsten Herren/dem Chur-Fürsten zu Sachsen zc. E. E. Hochweisen Rath und dero Stadt Gerichte allhie zu Leipzig/allen ihren Bürgern/allen ihren Unterthanen/ und allen denjenigen/ die mich in die Haft und Gefängniß gebracht haben/ das selbe nicht zu rächen/weder an Herren noch an Knechten/weder durch mich/nach durch niemand nicht. Ich verschwehre auch ihre Chur-Fürstl. Durchl. zu Sachsen ganzes Land/ und dero einverleibte Stiffter die Zeit meines Lebens nicht mehr zu berühren. Ich verschwere auch die Stadt Leipzig und E. E. Hochweisen Rathes Reichbild in die N. Jahr nicht zu betreten noch zu berühren.

Den Uhrsrieden und Eyd/den ich allhier schwere, den will ich jederzeit stet/fest/und unverbrüchlich halten/ so wahr mir Gott/der Gott meiner Väter/ Abraham/ Isaac/ und Jacob und sein heiliges Gesetz helffe.



## CAP. IV.

*Specialia de Judæorum Juramentis explicans.*

## §. I.

**S**olennia & formula, quæ circa juramenta Judæorum occurrunt, hucusque exposuimus. Nunc pauca adhuc, quæ ad eorum explicationem specialiolem facere videntur, adde-  
re animus est.

## §. II.

Et quidem, cum juramentorum species sunt variæ, prius de suppletorio agendum erit. Sane eum, qui in lite semiplene, i. e. per unum testem omni exceptione majorem, aut prægnan-  
tibus præsumtionibus intentionem suam probavit, in supplementum jurare posse, hoc effectu, ut alter pro convicto habeatur, satis constat. Hinc quæritur, an Judæus ad ejusmodi juramentum suppletorium admittendus sit? Nos distinguendo respondendum esse, existimamus. Quando  
enim



enim iudæo res est cum alio Iudæo, tunc is omnino admitti debet, quia hæreticus contra hæreticum testis esse potest, *per L. 21. C. de hæreticis. Et cap. 26. can. 2. qu. 7.* Cum sic non tale odium adfit, quod adest contra Christianum. Sic vero ille contra Christianum actionem instituat, ab hoc iureiurando repellendum esse, recte statuitur, quoniam sic in propria causa ipse testis & quasi iudex constitueretur: iam vero ad suppleendam semiplenam probationem nemo admittitur, nisi qui in aliena causa non saltem habilis, verum etiam omni exceptione superior testis est & vocari meretur. Cum itaque Iudæi eiusmodi notæ non sint, sed tanquam homines contra religionem Christianam nefanda perpetrantes, & sanctissimi Servatoris nostri nomen quotidie blasphemantes, nullo modo ad testimonium in iudicio perhibendum admitti debent, *per L. 21. C. de hæretic.* In quam sententiam ita pronunciarunt Domini Icti Vittebergenses. *Dasß Beklagter / als ein Jude / ad iuramentum supplementarium gar nicht zu lassen / in Erwägung / daß ein Jude vermöge klährer Disposition der Käyserlichen Rechte / in leg. 21. C. de hæretic.*

C

wel-



welche heut zu Tage dießfalls nicht aufgehoben / wieder einen Christen keinen tüchtigen Zeugen abgeben / und folglich noch viel weniger *in causa propria*, wie bey dem *iuramento suppletorio* geschiehet / schweren kan. Similem quoque decisionem ab illa I Corum ordine wittenbergensium latam annotat Dn. Berger *in Elect. Discept. forens. ad Ordin. Proc. Sax. Tit. 22. not. 8. pag. 722.* Sequentibus rationibus. Dieweil die Rechts-Lehrer insgemein statuiren / daß ein Jude wieder einem Christen zum Erfüllungs-Ende nicht zugelassen / und diese Meinung darinnen statlich gegründet / daß derjenige / so eine halbe Beweisung vor sich hat / durch Abschwerung des Erfüllungs-Endes, in seiner eigenen Sache Zeugen Stelle vertritt, und da nun ein Jude in eines Christen Sache wieder einen andern Christen, *per expressum textum in l. 21. C. d. heret. & Manich.* zum Zeugnis nicht zulässig / und keinen Zeugen abgeben kan / daraus unwiedertreiblich folget / daß ein Jude vielmehr in seiner eigenen Sache wieder einen Christen / durch Abschwerung des Erfüllungs-



lungs-Eydes zeugen könne. Hiernächst daß  
 diejenigen Juden, welche von denen Reichs-  
 Ständen in ihren territoris in Schuß aufge-  
 nommen / *toleriret* / und zum Handel und  
 Wandel zugelassen werden / *pro civibus* zu-  
 achten / und sich der *privilegiorum civium* Oh-  
 ne Unterschied zu erfreuen haben sollen / kei-  
 nen gnugsamen Grund hat / vielweniger aus  
 sothaner *reception* und Schuß / daß sie auch  
 wieder Christen zum Zeugnis / und folgent-  
 lich zum *juramento in supplementum* zu zu las-  
 sen / *contra juris communis probationem* zu infe-  
 riren, in Betracht / daß zu Zeiten der  
 Christlichen Käyser / so vor *Justiniano* gele-  
 bet / so wohl auch zu Zeiten *Justiniani*, die Ju-  
 den im Römischen Reiche getuldet, geschüt-  
 zet / *ad functiones curiales* gezogen / auch so gar  
 auf gewisse masse / das *exercitium religionis*  
 Ihnen gestattet worden / &c. nichts destowe-  
 niger aber sie keiner *privilegiorum* & *dignita-  
 tum* fähig gewesen / insonderheit *per allega-  
 tam L. Justiniani 21. C. heret.* zum Zeugnis  
 wieder Christen / und folgendlich auch zum  
*juramento in supplementum*, nicht *admittiret*  
 wer-



werden mögen &c. Idem pronunpiavit inclyta  
 Facult. jurid. Jenensis an. 1697. versus Berolinum  
 Daß Beklagter dasjenige/ was Ihm aufer-  
 leget/ nicht erwiesen/ auch er gestalten Sa-  
 chen nach/ zum Erfüllungs-Ende nicht zu las-  
 sen / dannenhero derselbe die versecten  
 Pfande/ gegen Abzug des Ihm zugestande-  
 nen Uolehns/ und davon verfallenen Zinsen/  
 zu erstatten schuldig. vid. L. B. d. Lynck. *cent. 1.*  
*Dec. 7.* Eandem sententiam propugnant Pacian.  
*d. probat. lib. 1. cap. 7. n. 33.* Schrader. *ad L. admo-*  
*nendi d. jurej. n. 307.* Marquard. de Susannis. *tr.*  
*d. Jud. p. 2. c. 5. n. 5.* Licet contrarium teneat B.  
 Struv. *tr. d. Delict. ad tit. X. Jud. Obs. 7.* In Ca-  
 mera quidem imperiali aliter judicatum & judæo  
 in casu Hans Weinschendens contra Berl.  
 Juden / jusjurandum suppletorium delatum tu-  
 isse, Mynk. *cent. 5. obs. 6. ir.* Gylman. *tom. 2. p. 1.*  
*vat. 29. n. 34.* memorat. Sed Stylum hunc in  
 causis Judæorum observari, se non vidisse, testa-  
 tur D. Stamm. Assessor Cameræ veluti ut eo no-  
 tat. Dietericus *d. Stat. Judæor. cap. 6.* atque re-  
 fertur a Zieg. *Disp. d. Jurib. Judæor. cap. 5. §. 12.*

§. II.



## §. III.

Limitandum tamen hoc est, quando Iudæus magis quam semiplene intentionem suam probavit. vid. Berlich. *p. r. Conclus. 54. n. 67.* tunc enim ad supplendam probationem illam admittendum, esse communis Doctorum sententia est. add. Menoch. *d. arb. jud. quest. lib. 2. cas. 190. n. 50.*

Quo referenda est decisio apud L. B. d. Lynck. *cent. 3. decis. Fenens. 251.* in casu, quo Iudæus impensas in domum conductam fecerat, easdemque per oculorum demonstrationem probaverat, & saltem super quantitate earum lis erat, quoniam enim de credito constabat, quantitatem juramento firmare Iudæo permissum fuit, his verbis: *Würde beflagter Jude Isaac seine fol 36. act. übergebene Specification derer in das Wieneckische Haus verwendeten Baukosten, vermittelst Endes in supplementum beschweren / immassener da zu gestalten Sachen nach zu lassen / so erscheinet daraus so viel / daß Ihm solche Kosten an denen schuldigen Hausmieth Geldern billig zu gute gehen. M. Jul. 1689.*



## §. IV.

Observandum quoque id merito est, in casu, quando Judæus ex libro suo mercatorio pecuniam aut aliud quodam debitum a Christiano petit atque probare contendit: nec enim ipsi tunc ejus confirmatio per juramentum concedi debet, quoniam ob personam scribentis semiplena probatio ex illo libro haud emergit, prout in causa David Jacobs contra Andreas Hartwigen anno 1705. judicatum fuisse prælaudatus Dn. Berger. *cit. loc.* his verbis testatur: weil eines Judens Handels-Buch/ da derselbe, zumahl wieder einen Christen/ *pro persona fide digna nicht zu achten / keine probatio semiplena* bezulegen.

## §. V.

Neque tamen omni plane fide hi libri Judæorum destituuntur, sed ad minimum adversarium suspicionibus onerant, a quibus is juramento se purgare necessum habet. Atque hoc observatum a Collegio Juridic. VVittenbergensi in ante memorato casu ita pronuntiante. Das Appellat zu dem erkannten Erfüllung-Ende nicht zuzulassen; Würde nun Appelantens Ehefrau vermittelst Endes sich reinigen/ und daß Appell-



pellat Ihr nicht 120. Rthl. sondern nur 120. fl. auf das libellirte Pfand vorgestreckt schweren. So ist sie ein mehrers nicht / dem 120. fl. Apellaten zuerstattenschuldig. additis his rationibus: Weil bey denen sich ereigneten Umständen / so viel Vermuthungen vorhanden / daß Sie mit dem Reinigungs-Ende zu belegen / und wenn Sie selbigen abschweret / die von Apellaten geforderten *expensa propter adsolutionem* wegfallen apud illustrem Berger. d. tr. tit. 22. obs. 1. n. 8.

## §. VI.

Quod de juramento suppletorio judæi non admittendo hactenus dictum fuit, id quoque ad Juramentum in litem, ut & minorationes, Zenoniano, & reliquis, quæ adversus Christianum tendunt, accipiendum esse, ratio suadet, cum sic etiam in propria causa Judæus testificetur. Richt. *add. cap. 21. d. testib. n. 31.* Idem in positionibus cum juramento respondentorum locum habere, non debito.

## §. VII

Juramentum litis decisorium Judæos & Christiano deferri posse, non quidem ambigo, quam-



quamvis id minus consultum esse, *supr. cap. 2.* ostensum: atque sic etiam Judæorum facultatem illum referendi habere, dubio caret; Verum tali in casu, & si Christianus Judæo iuramentum secundum Judæorum formulam deferat, Judæum recusando illud, Christiano referre haud posse, ut sub eadem conceptione & formula iuret, notat Menoch. *d. arb. jud. qu. lib. 2. cas. 189. n. 50.* quin licet conceptio illa Judæo conveniat, non tamen Christiano. Ziegler. *Disp. d. jurib. Jud. Cap. 5. §. 13.*

### §. VIII.

Ex præcedentibus satis constat, nec Judæum testimonium iuratum dicere posse contra Christianum. Etiam si enim Judæi quoad liti ordinationem iure civili utantur, & secundum illud vivere, atque conveniri, omnesque conferre & excipere actiones debeant, *l. 6. C. d. Iud.* ex quo colligere liceret, quod etiam ius habeant dicendi testimonium, in primis cum Christiani adversus Judæos testes esse queant, hinc in iudicio servanda sit æqualitas, *cap. 1. d. sent. in 6.* neque etiam probandi facultas angustanda. *l. 12. pr. C. d. reb. cred.* præterea testimonia illorum testamentaria



taria & quæ in ultimis elogiis vel contractibus consistunt, sine illa distinctione illis permittuntur, *l. 21. C. d. baret.* ubi autem eadem ratio, ibi eadem juris dispositio esse debet. *l. 32. ad L. Aquil.* Veruntamen, quoniam Judæi inter infames referuntur, *d. l. 21. § Auth. Gazaros. C. d. baret.* quales non possunt in testimonium adhiberi, atque Judæi odio prosequuntur Christianos, cuiusmodi testimonium iura improbant. *l. 3. pr. d. testib.* nec non testes esse debent probatæ fidei, quales Judæi haud sunt: insuper, quod illi in testamentis admittuntur, ad solennitatem tantum, non vero ad probationem pertinet, porro licet ius civitatis obtinuerint, id tamen ex sola humanitate procedit, nec eisdem omnia iura Christianorum tribuit, sed potius eos Christianis subiacere oportet, ut hinc anathemate feriendos decernat Pontifex, quicumque Judæos Christianis voluerit hac in parte preferri. *cap. 21. X. de testib.* merito illi ab hoc testimonio arcentur. *Richt. ad d. cap. n. 6. seqq.* Ita Scabini Lipsienses *Mens. April. 1699.* in causa Abraham Levins contra Gottfried Heinrich Scherlen ad iudicium mercatorum Lipsiense responderunt: **Heinrich Ephraim und Dornmann**



mann Benjamin Frenckel sind als Juden zum Zeugniß dießfalls nicht zulässig. B. X. B. apud Rivin. *ad Tit. 22. Ord. Proc. Enunc. 20.*

§. IX.

Cæterum Iudæi testimonium contra Iudæum pro Christiano adeo valere, ut, quamvis Iudæorum alter non sit omni exceptione major alter quoque jurare possit de veritate, tamen Christiano potius jusjurandum suppletorium de credulitate, quam adversario Iudæo purgatorium de veritate, dictandum sit, Dn. de Berger docet, allegato pronunciato Scabinorum Lipsiensium an. 1701. *in Elect. Disc. forens. d. tit. 22. pag. 725.*

§. X.

Hoc tamen iterum cum grano salis accipiendum: quandoque enim Iudæorum testimonium invalidum dici nequit. Si quis e.g. cessionarius Iudæi est, tunc is Iudæi testimonium improbare non valet: Consideratur enim ex persona cedentis, supra vero evictum fuit, quod hæreticus contra hæreticum testis esse possit. Ita in simili casu pronunciarunt Domini Scabini Lipsienses Mens. Mart. 1705. Es seynd auch die angez



angegebene 1. 4. 5. und 6te Zeuge vor unzuläßl. in dieser Sache nicht zu halten. **V. K. W.** Porro Iudaeorum testimonium admittendum esse dicunt, quando unus Christianus cum Iudæo concurrit & simul testimonium fert. **Weichbild, Artic. ultim. in fin. Coler. Decis. 127. Schilter. Ex. 35. th. 23.** Salvis tamen exceptionibus contra personas testium. **Da. de Berger. Oecon. juris. lib. 4. tit. 24. §. 3.** Item si agatur de convincendo Christiano olim Iudæo, qui ad Iudaismum reversus asseritur. **cap. 13. d. baret. in 6.** Nec non si partes litigantium consentiunt: quamvis enim partes suo consensu testem inhabilem habitare nequeant, possunt tamen favori pro se introducto renunciare. **Mascard. d. probat. conc. 946.** Quin & in subsidium Iudæos admitti posse, tradit **Hessus practic. concl. jur. d. test. cent. 5. concl. 95.** Sicuti etiam ad probandam præscriptionis interruptionem in testimonium adhibendos esse, contendit **Myns. ad cap. 21. X. d. test. n. 3. quæ & similia videantur apud Richt. d. l. n. 34. seqq.**

## §. XI.

Id præterea sicco pede prætereundum non est, in causis criminalibus juratam denunciationem



nem Judæi contra Christianum admitti, ad hunc effectum, ut Christiano iuramentum purgatorium imponendum sit, veluti respondit Facultas Iuridica VVittenbergensis M. Julio 1704. teste Illustr. Berger. in *Oeconom. Juris lib. 4. tit. 24. §. 3. pag. 1047.* item in *Elect. Disc. forens. d. l. pag. 724.*

### §. XII.

Ultimum denique loco quæstio de iuramento Judæi confirmatorio addenda est, quam exhibet B. Struvius *tr. d. Invocat. nom. divin. aph. X. p. 38.* An sc. per hoc iuramentum contractus invalidus convalidetur? Notum quippe est, quod contractus vel actus jure civili prohibitus & nullus, qualis est donatio inter virum & uxorem, intercessio coniugis vel feminae, subsistat, si huic iuramentum accesserit, ex dispositione iuris canonici *in cap. 28. d. jurejur.* ob periculum animæ, quod iurans incurrit, iuratum promissionem non servans. Equidem DD. haud pauci, Judæos nullo modo ad observantiam huius iuramenti cogendos esse, illudque nihil operari, contendunt, quoniam in illis nullum animæ dispendium ob hanc causam sit metuen-



tuendum, sed pro iam perditis & damnatis habeantur, secundum vulgatum dictum: **Er ist verlohren wie eine Juden Seele:** Alii vero contrarium sentiunt, & Judæum per legem suam iuramentum semper compellendum esse ad implendum quod iuravit, statuunt, non quidem, quod ecclesia curam gerat ipsius animæ, sed quia ob delictum hoc commissum pœnam luere debeat. Alii distinguunt, utrum Judæus contraxerit cum alio Judæo & iuraverit, atque tunc actum istum minime valere dicunt, quia illos diiudicare oportet, secundum ius romanum, prout Imp. volunt in *l. 8. C. de Judæis*, non secundum ius canonicum, quod curam solum recte credentium habet, a quibus Judæi excluduntur: Sin vero res agatur cum Christiano, contractum ita iuramento confirmatum servandum esse, censent, ne melior sit conditio infidelium, quam fidelium, *arg. l. 13. d. nox. act.* Veruntamen utroque in casu Judæos valide teneri, recte deciditur, cum & ipsi in sua religione, juxta quam jurant, salvos sese futuros credant, unde ne ex jurisjurandi inter se neglectu, sensuque malæ conscientiæ, tristitia in civili societate eveniant, merito id etiã cordi esse debet magistra-



stratui politico. Setser *de juram. lib. 2. cap. 18.*  
 Add. laud. Struv. *Jus sacr. Justinian. lib. 1. tit. 9.*  
*pag. 277.*

§. XIII.

Atque hæc, quæ Deo propitio pertractata sunt, sufficiant. Animo quidem constitueram plura adhuc addere, sed brevitatis temporis pennam cohibet. Quod si quid minus aptum positum fuerit, æquos expeto censores, atque meliora docturo patientes præbere aures non erubescō. De vero T. O. M. gratias quas possum maximas, quod benigne vires concedere & manum mentemque in elaboratione hujus dissertationis dirigere voluerit, persolvo. Ei sit laus & honor in sempiterna secula.

F I N I S.



In



**I**N Themidos castris sudasti, di-  
gna labore  
Præmia fers, studiis laurea di-  
gna datur.

Hæc, quam defendis, Dea com-  
pensare valebit  
Curas, victori docta brabea  
manent

Expertus quantos dat Justinianus  
honores,  
Quam dat, non expers utilita-  
tis eris.

Numine fuscipias, opto, Tua mu-  
nia fausto,  
Sint, precor ex animo, fata se-  
cunda Tibi.

Intra, sacra Themis tibi pandit  
templa sacerdos,

**Et**





Et custos juris , consule justitiæ.

Jure Tuo serua, qui jure premuntur iniquo,

Defende infantis lege clientis opes.

Vive diu felix, hæc mens sincera vovere

Credidit officii , hæc scribit amica manus.

Tui observantissimi

I. H. Schaulii, L.L.C.





zu 4

PROGRAMMA  
IO. CHRISTIANI  
SCHROETERI, D.

PROFESSORIS PVBLICI CVRIÆ PROVIN-  
CIALIS ITIDEM ATQVE SCABINATVS  
ASSESORIS, ET FACVLTATIS IVRL-  
DICAE HOC TEMPORE  
DECANI

*LECTIONI AVSPICALI*  
CHRISTIANI GOTTLIEBII  
MORIZ,

SVMMORVM IN VTROQVE IVRE HONORVM  
CANDIDATI CLARISSIMI  
PRAEMISSVM.

---

---

I E N A E.  
LITERIS MULLERIANIS.



IN CHRISMA NI  
SCHEFFEL D.

ADRIANUS P. RICE CIVIS PROVIN  
CIAS THOMI. TOT. SEAR. NATVS  
A. 16. OR. ET TAB. LATVS. VR.

U. C. M. I.

LECTIO NI. N. P. I. C. M. I.

CHRISMA NI. GOTTLIEB.

MORIA.

STADUM IN THEON. L. IVS. HONOR  
GANDOLF. CL. M. I. M. I.  
BRAM. SAM.







Cognitio iudicis iuxta atque officium aduocatorum circa duo potissimum versantur, constitutionem causæ scilicet, & probationem: constituitur vero causa, assertionem actoris & contradictione rei, qua constituta, cum res fiat dubia, opus est externis rerum adminiculis, per quæ veritas apprehendatur. Vnde verissimum est, nulla, siue priuata, siue publica iudicia, sine probationibus posse consistere. *L. 1. de Testib. L. ult. C. de Probation.* ante probationem enim, intentio vel exceptio quasi vacua est & inanis, & per probationem demum impletur. *L. 19. pr. de Probation.* Quod & ipsum priuatorum iudiciorum formulæ satis demonstrant: vt in actionibus in personam, SI PARET, hoc est, si apparet, si probatum sit, EVM DARE, FACERE, OPORTERE, & in actionibus in rem, SI PARET REM DE QVA AGITVR EIVS ESSE, Guilielm. Maran. *ad Digest. tit. de Probation.* Apparet hinc, probandi vsus propter causas in iudicio controuersas institutum esse, vt veritas certo constet rerum adminiculo, quod aut condemnando index, aut absolueno sequatur: & probare, esse quasi probum



bum facere, vt nimirum intentio nostra iudici proba siue  
 iusta appareat. Probationis vero non utique vna species  
 est, sed plures: ac prima quidem & nota illa probationum  
 partitio, quæ ab Aristotele tradita omnium fere consensum  
 meruit, vt Quintilianus refert, quod aliæ sint artificiales,  
 aliæ inartificiales. Illæ sunt, quæ ex re ipsa nascuntur, &  
 inde ab eo qui rem probare vult, arte eruuntur, nec æque  
 in sensus incurrunt, sed tantum ingenio comprehendun-  
 tur, ex quo artificiales dictæ: hæ vero, quæ in testimonio  
 positæ, ad faciendam fidem extrinsecus assumuntur; ideo  
 inartificiales dictæ, non quod arte non tractentur, cum  
 allatæ fuerint, sed quod ad eas inueniendas, licet maxi-  
 me quæris, nihil ars prodest. Vt notat Donellus *Ope-  
 rum prior. tit. de Probation. c. 5.* Atque in his haut exigua  
 pars contentionum forensium consistit: omnis etenim his  
 & omne iudicium, teste Heliodoro, duas maximas pro-  
 bationes agnoscit, videlicet probationes scriptas, & eas,  
 quæ per testes fiunt. Commodissime autem probatio per-  
 ficitur, ex instrumentorum incorrupta fide, *L. n. C. de Fi-  
 de Instrument.* de quorum omnisque scripturæ vsu, Gaius  
 in *L. 4. de eod.* docet, fieri de rebus scripturas, vt quod  
 actum est, per eas facilius probari possit. Qua ratione  
 non immerito Accursius, probationem per instrumenta  
 potiolem duxit probatione, quæ fit per testes, cum hi di-  
 lata controuersia, aut mutare consilium, aut decedere  
 possint, *L. 3. §. 5. de Carbon. edict.* scripturæ autem perma-  
 neant. Quamvis enim quæ a viua dicuntur voce, digni-  
 ora fide, his quæ defuncti animantis corio continentur,  
 existimarit Innocentius in *c. 10. X. de Fide instrument.* recte  
 tamen hoc Innocentii dictum ineptum videtur Pacio,  
 in *L. 15. C. de de Fid. instrument. n. 3.* quod non membrana pro-



probet, sed scriptura, quæ ea membrana continetur, vel potius sententia eius scripturæ: sicuti cum testis loquitur, non sonus ille, aut aër motus probat, sed ipsa verba, aut potius sententia verbis expressa. Nec vnquam testes audiuntur in illis negotiis, in quibus lex ipsa scripturam præcise desiderat. Exemplo sunt mandata Principum, quæ non nisi per exhibitionem scripturæ probantur. *L. 1. C. de Mandat. Princip.* in quo non quidem mortui animantis corio, sed sacræ annotationi iubentis Principis fides exhibetur. Carol. Eman. Vizzanius *ad d. l. 1. n. 9.* Cum primis autem legitima ratione fides est adhibenda illis scripturis, quæ ab iis, qui publici alicuius officii auctoritatem habent indubitata, aut conscribuntur. aut in formam publicam rediguntur. Censuræ & monumenta publica, Marcellus ait. *in L. 10. de Probation.* potiora testibus esse, Senatus censuit. Sed & in universum Paulus monet, *5. Sent. 15.* testes, cum de fide tabularum nihil dicitur, hoc est, instrumenti fides in dubium non vocatur, aduersus scripturam interrogari non posse. Porro inter ipsa quoque instrumenta publica non leue discrimen intercedit: sunt enim quæ & testes desiderant, & contraria probatione everti possunt, *L. 18. C. de Probat.* sunt quibus nec testes intercedunt, nec ullo subterfugio confundi queunt. Nam & ea instrumenta, quæ per tabelliones conficiuntur, publice fieri dicuntur, atque publica appellantur, quia non priuatim inter contrahentes res geritur, sed palam apud eum, qui instrumentis scribendis præpositus est, & quasi publico munere ea in re fungitur; & tamen ea quoque testes desiderant rei gestæ, sine quibus nihil agi intelligitur, & in dubium reuocari eorum fides potest. *Nou. 73. c. 5. & 7.* Ex aduerso indubitata habetur fidei illa scriptura, cuius Princeps est autor, quæ nec  
 ):(3 testi-



testibus indiget, nec vnquam per testes eliditur, ceum mil-  
lies fuisse decisum Paul. Duranus refert. *Dec. 131. n. 13.* Maxi-  
me omnium autem instrumentis publicis accensenda ve-  
niunt acta omnia & monumenta iudiciaria, quæ & forensia  
vocantur, forte quod eis in foro, in quo ius redditur, v-  
tamur. *L. 19. C. de Fide instrum.* Obtinuit enim vt quali-  
bet scriptura, etiamsi a priuatis confecta, ac deinde iudici  
exhibita sit & in eum locum relata, vbi publica earum re-  
rum acta asseruantur, publica censeatur, plenamque fidem  
faciat, quamuis nulli abhibiti testes fuerint, *L. 31. C. de  
Donation.* tamque in concussa & perpetua gaudeat firmitate,  
vt fides eius nec negatione nostra infirmari, nec testi-  
bus eneruari queat. Ea propter, cum Lucius Septimius  
Seuerus Imperator legum conditor longe æquabilium,  
quantum momenti situm in actis publicis esset, compertis-  
simum haberet, quamque conduceret petentibus editio-  
nem eorum non denegari, tam ciuilia quam criminalia  
acta, exhiberi inspicienda, ad inuestigandam veritatisfi-  
dem iussit, in Lege II. Cod. de Edendo. Quam ipsam  
constitutionem, in lectione, quam vocant, cursoria, ex-  
plicandam sibi duxit

CHRISTIANVS GOTTLIEBIVS MORIZ  
clarissimus iurium candidatus.

Cuius de vita, quod moris est, vt paucis exponamus, pa-  
triam is nactus est Longosalicam, opportunum mercimionis  
emporium. Viuere ea in vrbe cœpit anno post repara-  
tam per Christum salutem M DC XCV. IV. Kalend. De-  
cembr. Patrem habuit Henricum Eberhardum Moriz,  
honestissimum dictæ vrbis ciuem, & mercaturæ operam  
dan-



dantem; qui quidem, si opem a patribus ferendam filii  
 spectes, mature decessit. Mater, pietate reliquisque vir-  
 tutibus conspicua scemina, adhuc vita fruitur, estque ex  
 Hirpe Hoppiorum oriunda, cuius Pater Christianus Hop-  
 pius, modo memorata civitatis senator fuit grauisissimus,  
 itemque mercator. Auo, si patrem respexeris, vsus est  
 Henrico Moriz, nobilissima vrbis Halæ in Saxonia a fe-  
 cretis ministro. Qui parentes multum bene educando  
 filio suo desudarunt commendaruntque eum quum puer  
 adhuc esset, patruo suo Christophoro Gottlieb Moriz, iu-  
 rium candidato dignissimo, quo duce eos in Pietatis stu-  
 dio atque liberalibus disciplinis fecit progressus, vt iam  
 humaniora quæ vocant, amare cœperit. Proinde, patria  
 vrbe relicta, Gotham petiit, vbi diligentiam suam per  
 triennium moderantibus Vokerodtio Reichardoque, vir-  
 ris in hoc eruditionis genere felicissimis, voti sui compos  
 factus est. Horum suasu, post impetratam honestam mis-  
 sionem, fundamentis feliciter iactis altiora superstruere a-  
 libi constituit. Profectus igitur Halam anno MDCC XIII.  
 ad XVI. Idus Septembr, inter cines academicos relatus est.  
 Vbi multum temporis multum opera in eo posuit, vt a  
 principibus huius memoria illic doctoribus, Thomasio,  
 Bœhmero, Ludeviggio, Gundlingio, cæterisque, assidue  
 acciperet fontes iuris, nihilque se dignius putauit, quam  
 istorum voces, vix interiecta mora, aures suas circum so-  
 nare. Ex his facile apparet, quam aegre tulerit, quod per  
 valetudinem diutius ibi commorari non licuerit: cui vt  
 consuleret, cælum mutauit, Ienamque hanc adiit, vbi  
 strenuus musarum cultor esse non destitit, sed iuxta pu-  
 blice docentes & intra priuatos parietes Gerhardum,  
 Beckium, Marbachiumque cupide audiendo non parum

in




in legitima scientia profecit, Tandem, vt, quod propo-  
 fuerat sibi, absolueret, Wittebergenſium academiam viſit,  
 cuius doctores probatiſſimos, Wernnerum, Menkenium,  
 & ad extremum Crauſium, qui ſuos auditores ad agen-  
 dum in foro idoneos reddere elaborat, tanto cum fructu  
 integrum annum audiuit, vt, periculum ſui facturus, ex  
 tenore Legis Saxonicae electoralis ibidem examen ſubie-  
 rit. In quo, quemadmodum ſteterit, vel ex eo iudicari  
 poteſt, quod dignus habitus fuerit, qui in iudiciis praſ-  
 to clientibus eſſet. Quibus rebus geſtis Dredam ſe  
 contulit, ibique edito pro more ſpecimine, & praſtito  
 iuſtitiae iuramento in numerum eorum relatus eſt, qui cau-  
 ſarum patroni vocantur. Inde reuertens in patriam, exant-  
 latorum praemia laborum ex Lyceo hoc noſtro petenda ſi-  
 bi exiſtimauit. Profeſſo itaque apud ordinem Iureconſul-  
 torum nomine ſuo, poſtquam in conſuetis examinibus dig-  
 num ſe candidati elogio probauit, ad publica etiam ſpe-  
 cimina vnanimi conſenſu fuit admiſſus. Quare vt ſolita  
 craſtina hora, Magnificus Academiae Pro-Rector, illuſtriſ-  
 ſimus Comes de Solms, Procereſ omnium ordinum excel-  
 lenſiſſimi, quiſque alias Iuriſprudentiae ſtudia amant & col-  
 unt ſimulque addicta illi florentiſſima iuuentus, Candidato  
 noſtro faueant, benignaſque prebeant aures,  
 eſt quod demiſſe ac perofficioſe rogo. P. P.  
 Ienae V. Non. Mart. M DCC XX.













00 A 6384

ULB Halle

3

002 848 120




Retno











2. D. B. F.  
DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA  
DE  
**IVRAMENTIS  
JUDÆORUM**

Vom  
**Juden Eydten**

Quam  
Auspiciis Divini Numinis  
*Ex decreto Magnifici Jctorum Ordinis*  
PRÆSIDE

**DN. CHRISTIAN. WILDVOGEL,**

Jcto consummatissimo, Serenissimo Duci-Isenacensi a Consiliis  
Intimis, Curiz Provincialis Assessore, collegiorum Juridicorum  
Seniore, ut & Antecessore in Academia Jenensi.

*Patrono & Promotore submissee devenerando*

**PRO LICENTIA**

Summos in utroque Jure Honores rite capeffendi

*publica disquisitioni exponit*

**CHRISTIANVS GOTTLIEB MORIZ,**

Advocatus Longobaliffanus.

Die Martii An. M DCC XX-

JENÆ, LITTERIS MVLLERIANIS. M DCCXXX.